

A ceperit an. 402. quo item tempore Roma ab Alarico capta est & direpta: Et Stilicho de mandato Honorii interemptus est. Hoc sublati, Honorius anno 413. quamvis non omnia, multa tamen Ecclesiastica potestate restituit. In primis sanxit, ne praeidea Ecclesiastica tribus illis conferrentur, nisi visum fuerit Imperatori, ut praesentur aliquid de fructibus, ubi omnes conferuntur ob aliquam repentinam necessitatem: praeterea ne clerici nisi apud Episcopos accantarentur. Ex eo non nihil res eius melius processerunt. Gothi, Vandali, & Burgundiones assignatis sedibus (Gothis & Vandalis in Hispania, Burgundionibus ultra Rhodanum) contenti, se illius imperio subiecerunt: ab his tamen gentibus in haec loca distributis Imperio Occidentali compedes sunt injecti, ut in illud possent inturgere, cum vellet; quod fecerunt.

A VALENTINIANO III. sicut evera sunt Ecclesiastica iura, sic Imperium Occidentale eversum penè funditus; ipse vero miserabiliter à Maximo, cuius uxori vim intulerat, interfectus est. Cum consisteret, ne Episcopus ullius haberet iudicium potestatem, neque in ipsos clericos, nisi clerici in ipsum B compromittant: si quis è clericis litigantibus dissentiat, ad eundem iudicem profanum: clericos à laicis ad iudices profanos trahi posse, presbyteros quoque & Episcopos; multaque alia in detrimentum sacrae potestatis: Eodem anno Attila irrumpens in Italian, subvertit Aquileja, cunctas Galliarum Ci- salpinarum & Aemiliae urbes diripuit, ac vastavit: crudeliora patrafit, nisi occurrentes Padum Leo Pontifex, illum placasset. Genéricus autem Vandalorum Rex Romanam dirptionibus & incendiis deformat, innumeram captivorum multitudinem abducit, praedam ingentem in Africam refert.

Anno 1296. PHILIPPUS Pulcher exegit à clericis omnium bonorum centesimam, mox quinquagesimam. Bonifacius monuit, ne id faceret, neve ipse Ecclesiasticam dignitatem contra jus conferret. Nuncium Philippus male accepit: Pontifex Joannem Cardinalem Gallum misit, qui Regem ad meliorem mentem placide reduceret. Rex eum mandat custodiri, venturaque ne quis cum illo colloquetur, literas ab eo accipiat, civi reddat. Bonifacius eum per literas excommunicatum declarat, tabellarium in vincula Rex coniecit, Bonifacius subiectos obedientiae juramento solvit. Quocirca Rex iratus, tandem clam misit, qui Pontificem Anagninè comprehenderent: ii mandata fecerit, Anagninè adducta in potestatem, Pappam in sua domo in custodia detinuerunt, donec paulo post etiam in fuit anno 1303. Hic igitur Philippus Flandriam vivens amisit, exercitumque florentissimum praesidio commisso; Britanniam Gallicanæ coactus est Angliae Regi restituere. Tres eius natus impudicus coactus, adulteris ultimo supplicio affectus, regiam familiam detecere adpulerunt. Ipse dum venaretur, apro intrante dejectus equo, vita migravit: peste ac fame Gallia vexata. Dantes hunc vocat ob hac Franciae pestem.

Anno 1378. creatus est Pontifex Romae URBANUS VI. qui cum vehementer videretur in oburgandis Cardinalibus & Episcopis, Galli post aliquot menses elegerunt è suorum numero quendam, quem Clementem dixerit. Quia Franciae Rex Carolus VI. hoc dissidium fovit, ejectus in exilium doctioribus quibusque ex universitate Parisiensis, & sapientioribus regi, in insulam cecidit, captusque & abductus est à Philippo Burgundo in Angliam ad inimicum Regem: tota penè Gallia ab Anglis adducta in potestatem, civilibus autem bellis miserè D est dilaniata. Hunc Carolum VI. nonnulli scriptores miserimum sui temporis Regem vocant.

Imperium Occidentale, ac regnum Germaniae Caroli Magni sive Pipini liberis divinis est creptum, quòd illi auferent sacrum sibi rerum administrationem malè arrogare, maximo Pontificiae auctoritatis detrimento.

OTHO Magnus anno 936. conventu Episcoporum multorum Romæ habito, Joannem 12. Pontificatum desiciendum, Leonemque 8. substituendum curavit: ab hoc Leone ob colatam dignitatem ornatus est privilegio Pontificis Summi ordinandi, investituraeque Episcoporum, atque Abbatum; atque hic quidem morte repentina est sublapsus. Otho II. anno 983. angore animique tadio (inquit Sigebertus) deficiens obiit. Tertius tabifico veneno consumptus, ut idem refert.

FREDERICUS II. Imp. quia in animo habuit Pontificis Summi potestatem prorsus excidere, cum tota posteritate miserè omnium periret: ipse namque à Manfredi filio est stragulatus: ejus filii, Entius à Bononiensibus victus & captus, caveaque serratè inclusus obiit; Conradus à Manfredi

fratre occisus venenato clystere: Manfredus ipse à Carolo, qui E Divi Ludovici frater fuit, in praesidio peremptus: Conradus Conradi filius ab eodem Carolo captus, & in publica platea Neapoli securi est percussus.

LEODOVICUS Bavarus etiam in Pontificem iniquus in venatione repente ex equo cecidit, ac humi gravissimè allitus, protinus animam emisit; cum venenum bibisset ab amantissima (seu quomam maxime adamabat) muliere danam. Legatur T. Bozium de notis Ecclesiae signo 95. cap. 2.

* USURPATI JUDICII ECCLESIASTICI

Quam sobriè quamque modestè rebus se immiscere Ecclesiasticis Christiani principes debeant, magnum in exemplum cunctis esse potest Imperator Justinianus. Nam cum hic ut laicis, uniuersè ex ovibus gregis, doceri regique deberet, immanis sibi arrogabat docendi atque sacra regendi; neque patiebatur, cum opus esset, ab auctoritate habente erudiri & gubernari; ideoque jam senex, imprudens in haereticis barathrum seipè praecipitem dedit. Rectè S. Ambrosius F Si vel Scripturarum seriem divinarum, ait, vel vetera tempora retractaret, quis est qui abnuat, in causa fidei, in causa, inquam, fidei, Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Et: Legem tuam nollem esse supra Dei legem. Et: Imperator bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam adest. Et: Noli te gravare Imperator, ut pures te in ea que divina sunt, imperiale aliquid jus habere. Noli te extollere. Sed si vis divinitus imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Que Dei Deo, que Caesaris Caesari: ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiae. Justinianus verò licet compositum à praedecessore Justino pacem invenir, fidemque Catholicam stabilitam, undique compressis haereticis; tamen quæ facti sacerdotum, nisi nimium arrogat, & Pontificum partes usurpat, pacem profligat, fidemque in discrimen saepe adducit, atque tandem penitus labefactat. Ubi semel pacis & concordiae Ecclesiasticae invidiam velamento cepit cum haereticis habere consuetudinem, quos procul pellere, & more Catholicorum Imperatorum in exilium mirriter debuisse, planè accidit, ut eorum venena minis cautè vitari; dumque adveniantes sibi Romanos Pontifices adverteri cepit, & persequi, factum est, ut tum majorem fiduciam conciliaret haereticis, tum etiam adversus eos clamantium ora orthodoxorum obtulisset, ex quibus partes haereticorum reddidit fuerunt firmiores. Quemadmodum verò donec Catholicus fuit, felicissimè imperavit (ita ut Italian, Africam, aliasque multas provincias Romano imperio restituerit:) ita ubi haereticis factus est, & edictum proponere voluit de sua haeresi recipienda, mox repentina morte sublapsus, & Ecclesiam magno metu liberavit. Euag. lib. 4. cap. ultimo, & cap. 16.

HERACLIUS quoque Imp. Anno Christi 629. suo magno malo se immiscenti in dogmatibus Ecclesiasticis decernendis; nam quasi veritatem defendens, penè neciens in profundum lapsum est haereticus, qua infelix praefatè partem tot victoris gloriam obscuravit. Dum Catholicus esset, praefatissimam victoriam de Peris reportavit, & Crucem Domini recepit, quando res Romanae desperare omnino esse videbantur. At cum in haesim incidit Monothelitum, omnia illi infeliciter successerunt, & ipse novo atque inaudito morbi genere extinctus est. Zo- H naras.

ECCLESIASTICÆ CEREMONIÆ.

Vide Tit. particularem de Ceremoniis.

ECCLESIASTICUS CANTUS.

Require in Tit. de CANTV. Hoc loco tamen nonnulla propria addemus.

EX SACRA SCRIPTURA.

In historia Regum legitur Pfalter Davidi spiritum malum à Saul se citharè sono profligasse. 1. Reg. 16.

Deus approbavit cantum: Cum Elias à Josaphat confitebatur, iustus ad eum adducit cantorem. Quo canente, facta est statim super eum manus Domini. 4. Reg. 4.

EXEMPLA HISTORICA.

Cantus Ecclesiasticus inter alia, etiam fuit causa conversionis ipsius Augustini: cum enim aliquando in Ecclesia Mediolanensi cantus suavitatem audisset, ita de seipso scribit: Quantum flevi in hymnis & canentis tuis, suavis sonantis Ecclesie tue vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea fluabat affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat, cum

A eis. Et lib. 10. Adducor, ajebar, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis assurgat. August. lib. 9. Conf. cap. 9.

Cum Justina Imperatrix, Valentianis pueri mater, ab Arianiis seducta, Ambrosium Episcopum persequeretur, tunc, inquit Augustinus, exuberabat pia plebs in Ecclesia morti parata cum Episcopo suo fero Dei; tunc Hymni & Psalmi ut canerentur, more Orientalium partium, ne populus metoris radio contabesceret, institutum fuit; & ex illo tempore in hodiernum retentum, multis jam & penè omnibus gregibus & per cetera orbis imitantibus. Idem August. lib. 6.

In villa Victoriana non procul ab Hippone, memoria Martyrum est Mediolanensium Gervasii, & Protasii: Ed portans est quidam Adolescentens; qui cum die medio, tempore ætatis equum ablueret in fluminis gurgite, demum incurrat. Ibi cum jaceret, vel morti proximus, vel simillimus mortuo, ad vesperum illic Hymnos & Orationes cum ancillis suis, & quibusdam sanctimonialibus ex more domina possessionis intravit, atque Hymnos cantare ceperunt. Qua voce ille percussus & excussus est, & cum terribili fremitu Altare apprehensum movere non audent, sive non valens, tanquam cò fuerit alligatus aut affixus, tenebat: & cum grandi ejaculatu parci sibi rogans, confitebatur, ubi adolecentem, & quando, & quomodo invaleret. Postremo fuit exitum esse denuntiavit, membra ejus singula nominabat, que se amputatum extens minabatur. Atque inter hac verba defecit ab homine. Sed oculus ejus in maxillam fuis, tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, totumque ejus medium, quod nigellum fuerat, albificaverat. Quo viso, qui aderant: concurrerant autem etiam alii vocibus ejus acciti, & se omnes in orationem pro illo straverant: quamvis cum sana mente stare gauderent, rursus tamen propter oculum ejus contristati, medicum querendum esse dicebant. Ibi maritus sororis ejus, qui cum illo deulerat: Potens est, inquit, Deus sanctorum orationibus, qui fugavit demum, lumen ei reddere. Tunc, sicut posuit, oculum lapsum atque pendentem, loco suo revocatum ligavit oratio; nec nisi post septem dies putavit esse solvendum. Quod cum fecisset, sanissimum invenit. Idem August. lib. 22. de Civ. Dei, c. 8.

S. AMBROSIIUS olim Mediolani, cum Ariani suis Psalmis & hymnis multos perverterent, illos hymnos composuit, quibus Ecclesia utitur in officio; quibus & revocavit populum ab Arianiis ad Catholicam Ecclesiam. Qua de re conquerenti Auxentio Episcopo Ariano sic respondit: Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum serunt. Planè nec hoc abnuo. Grande carmen illud est, & quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio Trinitatis, qua quotidie totius populi ore celebratur? Cæratim omnes student fidenter, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum norunt verbis predicare. Facti sunt igitur omnes magistri, qui vix poterat esse discipuli. D. Amb. conc. de Basil. non iradendis heret.

HARMONIUS Bardefanis, qui nominis sui haerem infirmis filius, Græcis disciplinis satis eruditus, patris vocibus legitimis modis musicis numeris inclusis, ordine circulari eas cani instituit: quæ ex eo tempore huculque Syri palentes usurpant: non illi quidem carminibus ipsis, sicut sunt ab illo prodita, sed sonis tantum eorum utentes. Nam ille ad paternam delapsus haerem, eademque cum Græcis de anime & corporis interitu, necnon de futura generatione opinatus, ejusmodi doctrinam lyricis modis aspersit. Cæterum Divus Ephrem ea re cognita, quamvis Græcarum artium expertus, Harmonii numeros moderatus est; atque ejusdem modulis, carminibus Ecclesiasticæ sententiae consonis adjectis, Syris ad hoc usque tempus ea canenda dedit. Nam divinos hymnos plurimos, quibus Deum in primis celebrat, & laudes præterea virorum, qui ex instituto Deo placere, canit, ac Harmonii carminum leges composuit: à quibus, ut equidem puto, per emulationis ardorem, posteriores Ecclesie cantores modulorum formulis mutuari, magis etiam atque magis augere atque propagare eas sunt aggressi. Niceph. Cal. hist. Eccl. lib. 9. cap. 16.

De quodam fratre, cui canendi donum fuit divinitus concessum, vide venerabilem Bedam in Histor. Genis Anglorum lib. 4. c. 24.

Populus Constantianopolitanus nocturnis matutinisque Hymnis maxima acritate incubuit, ex ejusmodi primum causa. Ariani sibi Theodosio sacratis ædibus expulsi, extra urbis moenia Ecclesiam conveniuntque suos agebant. Præterea nocturno tempore in publicis porticibus congregati, atque in choros

suos segregati, carmina quædam alternis Antiphonarum modis sibi invicem respondentia, ad haereticæ sitæ placida accomodata, concinnè canebant, & noctem multam in ejusmodi psalmodia consumebant. Sub auroram autem publice eadem concinentes, extra urbem in ea, ubi Ecclesiae habebant, loca procedebant. Faciebant id maxime solemnioribus festorum dierum temporibus, & prima eademque ultima hebdomadæ die, quam Dominicam vocamus: quibus temporibus etiam synaxes in Ecclesiis fieri solent. Postea verò cantus tales ad contentionem quoque instituebant. Ubinam sunt, dicentes, qui Trinitatem ejusdem substantiæ & ejusdem honoris colunt; Hæc & alia præterea ejusmodi verba carminibus aspergebant. Sed Joannes Chrysost. ne aliqui ex Ecclesia sua ejus generis cantibus demulsi, ab illis seducerentur, ad eundem modum contra illos Psalmiam suam instituit. Et brevi ea celebrior, quam adversariorum esset, facta est, ut quæ & multitudine & honorifico progressu illos superaret. Nam eam crescit argenteæ cereos incensos habentes præbant. Eudoxia Imperatoris conjugem impensis ad eam rem præbente, quæ hoc Bitioni cubiculo sui Praefecto injunxit, ut Hymnorum cantus procuraret; & ad eum usum quamplurimum lucernarum pararet. F Quare Ariani ad emulationis ardorem perciti, ad vindictam se contulere, & manus cum nostris conferere sunt aggressi: unde non pauci utrimque ceciderunt: & ipse Bition cubiculariorum princeps in fronte lapide ictus est. Hac verò de causa commotus Imperator, tales Ariannorum processiones, sive conventus sustulit. Niceph. Cal. hist. lib. 12. hist. Eccl. cap. 8.

Piæ & sanctæ cantiones non modò haereticas, sed & impudicas exterminant; fit enim, ut populus, qui faciliè hac delectatione privari non potest, dum occupatur piis cantibus, contemnat, & obliviscatur impios & vanos. Notat id accidisse in Indiis P. Horat. T. Ursellin. in vita B. Francisci Xaverii: Quippe, inquit, hic mosita percrebuit, ut passim in scholis, in viis, in compitis, in tectis, agris, navibus, pro ineptis ac vecordibus cantilenis, Christianæ disciplinæ rudimenta juven-dissimè, & audiantur, & canantur. Quocirca jam usu venit, ut vix dum balbutientes infantes, carmina illa, magna ex parte recepta, cantitare gestiant. P. Horat. T. Ursellin. in vita P. Xaverii lib. 2. c. 30.

THEODOSIUS Aureliensis Episc. apud Ludovicum Imp. Ca. G roli Magni filium falso à quibusdam suis amulis accusatus, ab eodem est Andegavis carcerali custodiae mancipatus. Cumque Dominica in ramis palmarum, & in passione Domini, iuxta domum, in qua custodiebatur, processio de more transiret, ille fenestram aperta, factoque silentio, hos pulcherrimos versus à se editos, scilicet Gloria, laus, & honor tibi sibi, Rex Christe, redemptor; Cui puerile decus prompsit bosanna pium. Israel est tu Rex, Davidis, & c. præterea Imperatore cantavit. Cui in tantum placuerunt, quòd mox illum à vinculis absolvit, & Episcopatum ipsi restituit: atque eos versus hac die in fine processions cantari instituit. Guisiel. Durand. lib. 6. de avin. offic. c. 67. n. 6.

Hac industria usus est B. Franciscus Xaverius in re Catholica, ut haberet in vita ejus: Vir verè sanctus, humanae salutis, quàm laudis avidior, novas jam subinde excogitans hominum juvenandorum rationes, ad omnia descendebar. Homo id ætatis, & auctoritatis, urbes, plateasque cum tintinnabulo circuibat; adeoque nihil quod Deo gratum, hominibusque salubre, sibi indecorum dicebatur, & ad viarum compta subinde tali carmine incolarum pietatem excitabat: Fideles Christiani! H liberos vestros servoisque, pro vestra in Christo pietate, ad Christianam doctrinam dimittere. Ad hanc rei novitatem, maximi puerorum & mancipiorum, undique seie propriorum, aliorumque hominum concurrente greges; quos ille omnes in adem B. Mariae quasi agmine ductos, Cathedrum modulans docebat, ratus pueros cantus suavitare delinitos, & libentius conventuros ad audiendum, & facilius illa tantum carmina memorie mandaveros. Quod utrumque rei evenus probavit, lib. 2. vita ejus, c. 3.

ECCLESIA MATERIALIS. EIVS instructio, Dotatio, Consecratio, Dedicatio, Immunitas, Ornatus, Profanatio. & Quere in Loco de TEMPLIS.

* Echo.

Quid. Eiusque causa.

ECHO à verbo Græco ἠχώ, quod est resono, est vocis fonive repercussio. Fit autem, quando sonus incurrit in aliquod corpus leve & concavum: in quo tanquam pila repulsus, in aures resilit, ita ut exaudiri possit oblocutionis. Hinc sonices,

A nices, doli, lagenæ, fluminum quæcentium ripas, ob aquarum levitatem, id est, planicium; cæumque æs, maximè reionant. Tali enim corpora ærem ad se appulsum integrum reddunt.

Contingit autem, repercussionem unius ejusdemque vocis non semel tantum per reciprocationem ad aures devenire, sed sapientis, ita ut decies interdum audiant; sicut Patavii quodam in loco fieri narrant. Et olim in porticu Olympiæ, quam ob id heptachionem appellabant, eandem vocem septies reddidit solitam, auctor est *Plin. lib. 36. nat. hist. cap. 15*. Nam cum vox semel repercussa in alia loca incidit, & in cavos anfractus, à quibus similiter diffusit, per eisdem repetitos reflexus, eandem vox identidem ad aures dilabitur.

Quòd verò ultima verba duntaxat audiuntur, fit quòd eorum regressus non impediuntur; alioquin integra vocis sit reflexio, sed priores partes ab ultimis turbantur.

Est Echo Cadurci in ea parte extrema civitatis, qua muri contingunt ripam fluminis Olithi, juxta sacellum quo sepeliuntur peste mortui, in quam directæ voces ex adverti ripa fluminis, utque adeo perfecte & integrè resituuntur aut referuntur, ut non solum te relatorum, sed etiam vocis emendatorem audire credas. Si enim quid vel submisè pronuntiaveris, vel ex parte inarticulate, tam clarè & articulate audies reperitum, ut perfectius audias, quam dixeras ex integro; non enim ultimas aut penultimas tantum refert syllabas, sed etiam integras dictiones & orationes, muscialia instrumenta, sonum integrum vocum, cantionum, eodem quo dicuntur ordine: ut sæpe expertum sit ait *P. Gregor. Tolosan. lib. 15. de Republ. c. 6*.

DE ECHUS ORIGINE COMMENTUM POETICUM. Egregeo commentum, ut in plerisque alijs, Poeta usi, ut Echus originem investigaret, & describeret. *Ovid. certè l. 3. Metamorph. Echo in vocem mutatum describit, dum Narcisso adolescenti, ex philiatua seipsum depercutit, verba reddit. Hinc ille: Forte puer comitum sceleribus ab agmine fido Dixeras: hic quis adit? & adit, responderat Echo. Hic super, atque æcem partes demittit in omnes, Voces veni, magna clamans, vocat illa, vocantem. Responso: Et virtus nullo veniente: Quid inquit? Me fugisti? & totidem qua dixisti, verba recepi.*

Et iterum: Quis esque puer miserabilis, Elen? Dixeras: hæc resionis ierabas vocibus, Elen. Cumque suos manibus percussisset ille lacertos, Hæc quæque reddebant sonitum plangentis eundem. Ultima vox solam fuit hæc speculantis in undam. Hæc frustra dilectæ pueri iresidensque remisit. Verba locus, dilectæ vale, vale inquit & Echo. Dicitur autem à Poetis communiter imago ab imitatio.

Quomodo Horat. Quem vitum, & cuius resonat jocosa Numen imago lib. 1. odar. od. 12. & 20. Sic & Virgil. 4. Georg. an ubi concava pulsa saxa sonant, vocis que offensa resoluta imago.

Videas, Lector, paucà ad rem presentem scientiam, in loco de Turri.

ECHUS DESCRIPTIO EX AUSONIO.

Vane quid affectas faciem mihi ponere, Pictor? Ignoscamus oculis sollicitare Deam? Aëris & linguæ sum filia: Mater imantit Indicit, vocem que sine mente gerit. Exvotum perorante midas à sine redacens, Ludibrica, legum verba aliena modis.

Auribus in vestris habio penetrabilis ECHO: Et si vis similes pingere, pinge Somnum. Claudianus reciprocum illum sonum effert per verba Responso, Remigio, Ingemino. Videatur *Lud. Cerdinus in 4. Georgic. ad versum 50*.

ECHUS TRANSLATIO A VIRIS DOCTIS AD OPERA VARIA INGENII.

Utrupa Poemata, Epigrammata, imò & ad Seria. Naturalem hæc repercussionem vocis, humana industria venustate quadam est imitata, & ad poemata transmutat, ac contentus etiam musicos quin nò ita pridem quidam *Phil. Bosquer. Francian. edidit* rationes de tribus Magis, sub titulo [Echo] quantumvis tituli istius rationem in ipso opere nonprehendendam. Sed eleganter Ratiorem. Roterodami hæc vocis reciproca allusione & allusionem delectantem, dialogum, qui Echo inscribitur, evulgavit. Ad cæsum imitationem varii varia lûere. Adscribam nò inventum carmen *Georgii Sabini* Poetæ facilis, nec inersuliti.

Dic mihi *Nympha* cadis habitans in vallibus ECHO: Semper fatuus cur ita clamas? ECHO. AMAT. Quæ tamen illa fuit, cuius malefans amor?

Divitis an Cædri filia Nais? E. AIS.

Est opulenta quidem, sed turpibus obsæta rugis: Debit hæc bifrons dicere Janus. E. ANP.

Candida sed verò *Thaumasius* habebit amorem: Cujus forma decens & generosa. E. ROS. A.

Hujus amore saggo, sed & irresponsabilis Echo: Quæ res ergo gratas sunt in amore? E. MOR. E.

Per istum convolvens blandas & amoribus apium, Vere nos sensum me fore veris? E. ERIS.

Interea gelidus in vallibus ipsa valeo: Vox tua vocemæ sæpe sonabis. E. ABT.

Simile nuper luit *Maximil. Vrentius* urbi Gandavensi à Secretis, reliquis ejusdem Epigrammatibus, quo in genere superiorem ætas nostra non habuit, adferam. Estque tale. Dic mihi, quæ vacuo Dea ludis in aere, belli Savies ansemper vis scelerata? ECHO. R. A. T. A.

Candida sed pacem promittunt Lilia Belgis: Lilia turbabis quis generosa? ROS. A.

Anne ea que spiritus dirum capis horre iniquis, Undique retraham Fœmina nota? E. NPT. H. A.

An quibus auxillis nota Tegeobilibi in armis? Sic que pars Ventum curet amare? E. MARE.

An Batavarum natis, conjuratosque Falachre, Equore quis cingit Pontica Nebris? E. AIS.

Quæ referent tandem contempta premia Pæcis? An bona Libertas sicremabit? E. ABT.

Ergo gravi bello quis erit, re judice, finis? An plebs, an fuerit victor Iberos? E. HERP. S.

Sic eas. Interea quis erit tibi Diva recessus? Inficis hæc belli dum loca homis? E. HP. MP. S.

An mihi Pterio placet domus atque sub amaro, Rides ubi æternum Per gentiale. E. V. A. L. E.

Porro diu non ita pridem anno 1618. ad Civitatem Doracenam convolsentem ex variis locis Novatorum turbines ad celebrandum Pseudofynodum, in qua apud Cadmagos fratres, Satanas Calvinismus in seipso dividebatur, factus fuit ille verus repercutiens:

Quid Synodus? ECHO. NODUS. Præterum choros integer? E. AGER. Convolutus? E. FENYUS. Sessio? Stramen. E. AMEN. Cæterum præcellit in hoc genere & metri & ingenii *Ianus Dousa* Nordovicinus, genere & amantem nobilis: qui imaginis jocodis, in re tamen seria, lulum evulgavit, multaque ejusdem argumenti & artis adiecit. Unum damus ex amantis persona jocolum. Alia nonnulla in loco de Peregrinatione, Odore, & Frigiditate videre licebit.

Inven tot patrias infra pro conjugio Nymphas Garrula, quam teneas, hic Dea? Tene? TENE. Respe viri (conter) ages is, cui dicitur Fæor.

Postera in ex seculo propaget? Ages. Que vero es nostrum consendere digna cubile?

Num Dryadum ex omni læta grege una tuas. Aquis casta mihi placeat quum Cypris, ab omni. Opio probrum immanem dicere labe laßid.

Audito; sed quom nê nisi Fox his, nunia iungi Comparis, hand video, qui valeas. Falas.

Legatur *S. Thomas p. 3. q. 44. art. 2*. quam multa admiranda in hæc Eclipsi contingunt. Sed lubet, pro majore dictorum confirmatione, meminisse verborum ipsius Dionysii, que ita se habent: Quid de illo, qui tempore Crucis Dominicæ factus est solis defectus, dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboque simul incidente mirabiliter solis luce globum notabamus (non enim ejus conjunctio tunc aderat tempus) ipsamque nris ab hora nona ad vesperum, ad solis diametrum supra naturæ vires restitutam. In memoriam autem illius renovata etiam aliud quoddam: nempe enim (in ipse non ignoras) eam lunæ incidentiam ab Oriente cepisse, & usque ad solaris corporis finem pervenisse, ac tum demum restituisse notavimus: neque vero eadem ex parte, ut asselet, & incidentia illa, & repurgatio facta est; sed ex adverso Diametri.

Idemque de eadem re scribens ad ipsum Apolloniam, ait his verbis: Heliopoli tu quidem mihi coævus, & ego quinque & viginti fere annorum tempore exvolsens, una morantes constituramus, cum feria quadam sexta, & hora etiam penè sexta, Sol horribilibus subito est obsitus tenebris, luna ipsa lucis occubitu luere non potuit. Quærebam enim tunc apud res: tu vero mirabili prudentia subintulisti, quod usque adeo penetrabilibus mentis mee inhasit, ut nulla oblivione deleret, nulla unquam valeat mortis imagine deteri. Offusi enim tenebris ipsi eramus, orbem solis undequaque & ex æquo occu-

* Eclipsis.

CLIPSIS VOX Græca, Latine significat defectionem. Sed τὴ ἐκλείπειν, quod est deficere. Unde cum Sol aut Luna, quoad se, ut quoad nos, aliquem defectum luminis patiantur, Eclipsin vocamus ejusmodi defectum.

Est igitur duplex Eclipsis. Prima Solis, quando scilicet inter Solem & aspectum nostrum interponitur Luna, in quantum, ut est corpus opacum & densum, incidunt radii solares, ita ut ad nos nequeat penetrare; id eoque in partem oppositam projiciunt umbram, in qua umbra semper aliqua pars Terræ interceptur, que dicitur parti Eclipsin. Et hæc Solis Eclipsis alia est totalis, quando totus sol nobis eripitur: alia partialis, quia solum aliqua pars. Cum enim radii solares projiciantur per modum tyranidis, fit nonnunquam, ut remotis ab eo existente Luna, omnes illos recipiat, & ita nobis occulerent, ut aliquando medio die obortiri videntur tenebre.

Altera est Eclipsis LUNÆ, quando terra interponitur inter Solem & Lunam; tunc enim terra projicit umbram in ipsam Lunam, adeoque privatur hæc lumine solati. Quo fit nonnunquam ut tota interceptantur à Terra, & est totalis: vel ut aliqua illius pars, etque Eclipsis partialis. Contingit autem Eclipsis Solis semper in novilunio: Lunæ vero in plenilunio, quia ut fiat Eclipsis Solis, debent Sol & Luna esse in punctis distantibus, eadem conjunctione: ut autem fiat Eclipsis Lunæ, debent existere in punctis oppositis diametraliter, aut quasi diametraliter. Deinde fieri nequit naturaliter, ut Eclipsis Solis sit totalis, hoc est, ut totum cæli Hemispherium preveit lumine Solis, cum Luna propter corporis sui parvitate nequeat, tantam umbram projicere, ut medietatem terræ obumbrat, cum Luna terræ glo-

bo lit

A sit longè minor; unde illa Eclipsis solis, que in Christi passione evenit, fuit supernaturalis. Nam tenebre factæ sunt super universam terram, ut testatur *Matthæus* in Evangelio. Cujus occasione sequentem Paragraphum subiiciamus.

DE ECLIPSIS SOLIS TEMPORE PASSIONIS CHRISTI.

Dicit Evangelista *Matthæus*, Redemptore nostro crucifixo, priuquam expiraret, tenebras factas super universam terram. Ex quo colligit communiter Patres, fuisse universalem Solis Eclipsim, & non modò in Judæa, sed per totum orbem obcuratum Solem.

Quippè Dionysius *Areopag.* se eam vidisse testatur apud Heliopolim Ægypti urbem, ubi cum Apollophane obambulabat. Quem etiam exclamasse ferunt: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvitur.

Plura enim admiranda in hæc Eclipsi Gentilis Philopophus deprehendebat. Primum, quia fiebat in Plenilunio, quando naturaliter fieri non potest, cum eo tempore corpus solare & lunare opponantur.

Secundò, videbat Lunam interponi inter Solem & nostrum Bâspetum, ut testatur in *Epist. ad Polycarpum*: quod etiam tunc fieri non poterat; movebat enim Luna cursum suum ab Oriente in Occidentem, dumcò Soli directè opponeretur, ita ut de more Salvatoreis velut illustrus doloris testimonium cæli daret videtur.

Terziò, pars solis Orientalis priùs vultu eclipsata, quam Occidentalit: & illa posterioris ab Eclipsi liberata, quam hæc. Quia Luna miraculosè rediens ab Oriente versis Occidentem, non petrañsit Solem, ut eo esset Orientalior: sed postquam pervenit ad terminum Solis, reversa est versus Orientem, & ita partem Solis quam ultimò occupavit, primò reliquit. Addit *S. Chrysost. hom. 89. in Matth.* aliud miraculum: quòd tunc tenebre tribus horis permanerint; unde datur intelligi, quòd tunc Luna sub Sole quieverit.

Itaque causa generalis hujus defectiois fuit, quòd Deus Solem suos radios continere voluerit, ne terram illuminarent. Ita *Hieron. in c. 27. Matth. Beda lib. 5. in Marcum c. 15. & ante hoc Cyprian. de bono Patientiæ*, dicens: Cum ad crucem Domini confunderant sidera, clementia turbetur, nox diem Claudia, Sol ne Judoarum facinus aspicere cogatur, & radios, & oculos suos subtrahat, &c.

Denique Sibylle hæc universalem defectionem prædixerunt, ut refert *Lactantius de vera Sapientia c. 19*.

Meminit quoque illius et Ethnicis Scripturibus, *Phlegon lib. 4. Olymp.* ut fateatur *Origen. Tract. 35. in Matth.*

Terullianus etiam in *Apoloc. c. 21*, affirmat, scriptum id in annalibus Romanorum: Eodem momento dies, medium orbem signante Sole, subducta est: deliquimus utique putaverunt, quid illi quoque super Christum prædicatum non sciverunt: & tamen eum mundi casum in archivis vestris habetis. Ita Terull.

Legatur *S. Thomas p. 3. q. 44. art. 2*. quam multa admiranda in hæc Eclipsi contingunt.

Ad præcedentium confirmacionem, meminisse verborum ipsius Dionysii, que ita se habent: Quid de illo, qui tempore Crucis Dominicæ factus est solis defectus, dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboque simul incidente mirabiliter solis luce globum notabamus (non enim ejus conjunctio tunc aderat tempus) ipsamque nris ab hora nona ad vesperum, ad solis diametrum supra naturæ vires restitutam. In memoriam autem illius renovata etiam aliud quoddam: nempe enim (in ipse non ignoras) eam lunæ incidentiam ab Oriente cepisse, & usque ad solaris corporis finem pervenisse, ac tum demum restituisse notavimus: neque vero eadem ex parte, ut asselet, & incidentia illa, & repurgatio facta est; sed ex adverso Diametri.

Idemque de eadem re scribens ad ipsum Apolloniam, ait his verbis: Heliopoli tu quidem mihi coævus, & ego quinque & viginti fere annorum tempore exvolsens, una morantes constituramus, cum feria quadam sexta, & hora etiam penè sexta, Sol horribilibus subito est obsitus tenebris, luna ipsa lucis occubitu luere non potuit. Quærebam enim tunc apud res: tu vero mirabili prudentia subintulisti, quod usque adeo penetrabilibus mentis mee inhasit, ut nulla oblivione deleret, nulla unquam valeat mortis imagine deteri. Offusi enim tenebris ipsi eramus, orbem solis undequaque & ex æquo occu-

pante caligine; & postquam repurgatio & restitutio facta est, Luna ad Solis diametrum conversa auiguit. Et tunc quoque regulam *Philippi Arizæ* assumimus. Cumque reperissemus, quod & erat novissimum, eo tempore Solem Eclipsis molestias laboreque minimè perperci debuisse, ac nihilominus lunam ab Oriente solarem splendorem pullis nigrantibusque velis obtulisse, cum soleat, ex occidua parte solem ingredi: tunc autem opifices lucis thesauros caliginibus, quas ipsa generat, ad Occiduos usque solis filites pervagata (ut ipsi putavimus) occultavit: cum tamen & lunæ id tempus deesset, nec coitus vicinum tempus esse cognosceretur: Ajo ad re (neque enim adhuc mysterii tante rei conscius eram:) O ingentis prudentiæ promptuarium: quid, inquam, ò doctrinæ speculum Apollonaphanes, his secretis adscribis? Ad hæc nescio quo pacto, divino quodam afflatu, & non humani sensus fermone subintulisti: Hæc, ò bone Dionysi, divinarum vicissitudines sunt revere. Denique verò adnotatum diligenter feræ die & annum, annunciatione quem facer Paulus nostris attentis auribus insudit, confidentibus signis conspirare & concordare expertus, manus veritati submissi, & ex fallitatis nexibus sui absolutus: quam quidem veritatem mirificè ostero, quam & tibi communico. *F. S. Dion. Areop. Episc. ad Polycarp. Bar. Tom. 1. Idem in Ep. ad Apolloph. Breviar. Rom. 9. die Ogi.*

ECLIPSUM VARIUM EFFECTUS, ET PRÆDICATIONES.

Ex *Lucubrationibus Henrici Ranzonii, & aliorum*.

Nec silentio prætereundum, omnium prædictionum Astrologicarum verissimas & certissimas esse Eclipsim, tam solis quam Lunæ; quas artifices & cultores machinæ cælestis longè ultra hominum memoriam, ante Christum natum, & post, quando, quomodo, quo in loco, quibus annis, mensibus diebus & fere horis futura essent, prædixerit, effectusque earum exposuere, & jam adhuc eas futuras scriptis suis Ephemeridibus, præsentis Astrologi indicant. Quod & Cicero testatur his verbis: Solis & Lunæ defectioes prædicantur in multis annos, & in omne posterum tempus, que, quantæ, & quomodo future sint, ab his, qui sydentum motus numeris persequuntur. Ea enim prædicunt, que naturæ necessitas pericula erit, videntque ex constantissimo motu Lunæ, quando illa è regione Solis facta incurrit in umbram terræ, quæ est meta notatis, ut eam obcurrere necesse sit.

Et cum hæc Eclipsium prædictiones ex certis, & veris demonstrationibus constent (quis à majoribus acceptas Astrologi concieraverunt, & propria industria, longa observatione, & experientia, nec non Eclipsium & temporum, tam veterum, quam recentiorum, collatione auerunt, ita ut ab illis, si artem rectè teneant, infallibiliter, quæ Eclipses præterlapæ fuerint subductis numeris, colligi, & que adhuc future sint, prævideri, & prædici in multa secula possit) & experientia universalis testetur, Eclipses regionibus damna, nec non hominibus incommoda plurima, Principibusque plerumque mortem præsignificare, non alienum fuerit à nostro proposito, ad prædicta exempla alia etiam illustria hoc loco subiicere.

Eclipsis Lunæ viâ est paulò ante prælium Alexandri & Darius ad Arbëllam, in quo prælio Darius perii, & Monarchia Persica ad Græcos translata est.

Tucydides scribit: Veterum quidem bellorum maximum fuisse, quod contra Medos gestum est, & prodigia celebrata esse, nempe terræ motus, & defectioes Solis celeberrimas accidisse, quàm superioribus temporibus.

Solis Eclipsis præcessit infelicem Atheniensium in Siciliam expeditionem.

Dionysius & Plutarchus scribunt, Romulo moriente, Eclipsin Solis viam.

Prædic quam Persens cum Romanis prælio deceerat vitæ, Luna nocte defecit: quod ostentum cum multi reformidarent, & à pugna abstinendum esse regi dicerent, insulto consilio certamen, quod detrectare & fugere poterat, temerè iniit, in quo imperium, opes & libertatem simul amisit. *Plutarch.*

Eclipsis Solis facta est Xerxe Græciam in valeturo. Eclipsis Solis conspicea est eo anno, quo Xerxes mortuus est. *Tucydides.*

Idem Sol defecere visus est anno primo belli Peloponnesiaci. Eclipsis Lunæ præcessit bellum sacrum, quod cum Phœnibus gestum est, & duravit 10. annos. *Diodorus Pansan.*

Lunæ Eclipsis fuit eo anno, cum secundum bellum Carthaginensè sine Punicum inceperit. *Polybius.*

Fuit etiam Eclipsis Solis 11. die Julii, cum Scipio Consul profectus est ad bellum Asiaticum, & paulò post prælium commisit cum Antiocho, in quo perierunt 50. millia pedum

A daruntque, occulto scilicet sensu natura praesentem sequuntur...

VANITAS CIRCA ECLIPSIUM CONSIDERATIONEM.

Quia olim naturales Eclipsium cause observatae, aut cognita non erant...

Meminit & Plutarchus in vita Emilii: Cum venisset, inquit, nox...

Verborum tanta cadit vis... Tot pariter pelues, & rimbinnabula dias...

Et Ovidius 4. Metamorph.

Cum frustra resonant era auxiliaria luna. Nicias, quia nescivit causam eclipsis ortae...

ECLIPSIUM CAUSAM QUI INVESTIGARINT.

Apud Graecos primus rationem defectionis utriusque luminaris investigavit Thales Milesius...

Protulit autem in vulgus rationem defectus utriusque luminaris primus Romae Sulpitius Gallus...

Claudius Caesar etiam, cum Solis defectus futurus esset natali suo...

Ceterum uti Eclipses naturaliter evenire plerumque, idque ex causis naturalibus...

Quod si autem Astrorum virtute doctrinam, unde & de Eclipsi, uti de Cometa...

Paulus Apostolus in Apostolorum confirmatus, raptus est usque ad tertium caelum...

Ecstasis.

Sive Mentis Alienatio, Animi Raptus. Alii Ecstasis scribunt.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ecstasis Latine stuporem, sive mentis excessum significat...

DIVISIO.

Quadruplicem Ecstasim facit Philolib. de legitimo rerum divinarum herede...

Tertius excessus fit in tranquillitate animi, cum seratus a sensibus...

Quartus est, quando mens divino afflata spiritu, corripitur...

Qui vero Ecstasim sacram, aut has mentis seras passus fuerint...

Est etiam allus mentis excessus, Daemonum ope effectus...

ECSTASIS SACRA.

EX SCRIPTURA.

Creata Adamo primo homine, cum non inveniretur adjutor similis sibi...

Abraham Patriarcha similem mentis excessum cum sopore passus fuit...

Etiam Isaac Ecstasim passum accepto cibo a filio juniori Jacob...

Paulus Apostolus in Apostolorum confirmatus, raptus est usque ad tertium caelum...

Simon Petrus, cum in cenaculum circa horam sextam oratum ascendisset...

A animalibus plenum, sed quae a Deo mundata dicerentur. Ex quo significatum est...

Joannes Apostolus: Fui, inquit, in spiritu, Dominica die, & audiui & vidi...

HISTORICA.

Romualdus Abbas, Ordinis Camaldulensis auctor, cum ad Surtii montis monasterium venisset...

Franciscus in ecstasi vidit fulgentem Salvatoris nostri crucem...

Elisabetha virgo, Schenaniensis monasterii decus, cum sese coelestem contemplationi penitus dedidisset...

Thomas Aquinas jugi & assidue contemplationi ita sese affueverat...

Prædicari audio Joannem Scotum, quo nemo subtilius Theologiam Scholasticam tradidit...

PROFANA, IMPIA, MAGICA.

Epimenides Cretensis, item Aristes Proconnesius, poeta & philosophi clarissimi...

De Hermetico Clazomenio hujusmodi fabulae narrantur. Animum ejus extra corporem...

De Hermetico Clazomenio hujusmodi fabulae narrantur. Animum ejus extra corporem...

Apollonius in Historiis mirabilibus. Plut. vero de Socratis genio...

Presbyter fuit quidam nomine Restitutus in paræcia Calamensis Ecclesiae...

postmodum ex vulnere. Non autem obtinendo, sed non sentiendo non movere corpus...

Lamiae non absurdè insarumde assimilari possent: qui velut rapti extra sese...

Jacobus Sprengerus ex maleficarum, quas igni damnavit confessione...

Turretanus Praefes, Magam quandam in Delphinatu cubantem ad ignem...

Hier. Cardanus Mediolanensis de seipso scribit l. 8. de Van. rerum...

Verò vigilandum patitur istud, Magos esse confirmat: praesertim cum Cardanus ipse fateatur...

quae se promittit solvere mentes.

ECSTASIS ANIMI STUPOR EX TIMORE.

Nabal Ziphæus nuncios Davidis regis exulis commentum placidissimis verbis petentes...

Macedones contra L. Paulum Æmiliam ad Pydnam pugnatu...

Conspiraverat M. Brutus cum Cassio in Jul. Caesarem, & arcanum ipsum Brutus Porcia uxori...

Quo die autem facinus aggressuri erant, Porcia vehementer eventus expectatione commota...

L. B. T. theat. vita Human. Tom. III. D 2 agrè

A si quem intellexerint gratiam non referre, cum possit, in eum etiam valde animadvertem. Nam ingratos homines in primis nulla Deorum cura, nulla parentum, patrie, amicorum, officii arbitranur. Quin & impudentia potissimum ingratitude comitatis creditur, quod hanc una omnium esse maximam dux ad turpissimam quoque videatur. Præterea pueros ad temperantiam commonefaciunt.

Plurimum verò ad hanc discendam confert, quod ipsos etiam seniores toto die temperant ac moderatè vitam agere vident. Addunt præcepta de præstantia magistratibus obedientia, quam ad rem multum confert, quod & seniores enixè vident magistratibus obtemperare. Docent eos & ventris ac potus abstinentiam, nec parum ad hoc adfert adjuvanti, tum quod seniores quoque non prius ventris causa discere vident, quam suis à præsidiis dimittantur: tum etiam, quod apud matrem pueri non pascantur, sed apud magistrum, postquam id præfides eis significat. Afferunt autem domo panes quidem ad cibum, nasturtium verò ad obsonium: itenque ampullam, ut si quis sitiat, è præterfluente hauriat. Ad hæc, aram tendere, B sagittis & jaculis ferre discunt. Exercent autem in his è pueri usque ad sextum septimumve, ac decimum ætatis annum, à quo jam tempore ad Ephebos abeunt, qui hoc rursum modo vivunt.

Decem annis, postquam è pueris excefferunt, ad curias forum capiunt, ut dictum est, cum civitatis custodiendæ, tum exercendæ temperantia gratia. Nam hæc potissimum ætas requirere curam videtur. Idem interdicti quoque magistratibus utendos è maxime præbent, si qua in re ipsorum opera publicè desiderentur. Ac siquidem usus ita postulet, universi ad curias manent. Rex verò, cum venatum exit, (& exit per mensem sæpius) dimidiam custodiæ partem educit. Quotquot autem excurrunt, arcem habere juxta pharetram oportet, ac copidem in vagina, vel securim. Præterea crateram, & hastas binas, ut harum alteram emittant: altera, si fit opus, cominus utantur. Cur verò publice venationi operam dent, in qua rex ducis officio perinde ac belli tempore fungitur, cum è ipse venerit, & ut venentur alii, curam adhibeat, hæc causa est: quod bellicarum rerum isthæc exercitatio verissima videatur esse. Consuefacit enim ad ferendum manere, & ad frigora caloresque perserverare, arque etiam ad itinera & cursus exercet. Præterea sagittis jaculisque feram perire necesse est, ubi cumque incidit. Sæpè etiam acui animam in venatione oportet, obsecrante se robusta & feroci aliqua bestia. Nam que offerunt sese bestia, ferendæ sunt: ab is autem cavendum, que in venantem irrumpunt. Adedque non facile quis reperiat, quidnam eorum, que bellum habet, à venatione abfit. Cum autem venatum excurrunt, prandium secum ferunt, copiosius illud quidem, ceu par est, quam puerozum; alioqui tamen simile. Ac dum venantur, haudquaquam prandent. Sin autem vel feræ causa præstolari oporteat, vel ceteroqui diutius immorari venationi libeat: illo prandio cenæ tempore sumpto, postmodum rursus ad cenam usque venantur. Ita que biduum hoc unum diem putant, propterea quod unius diei cibum abstinent. Faciunt autem hoc consuefaciendi causa, ut si quid tale in bello etiam usus postulet, præstari ab eis possit. Quidquid verò, qui hæc arate sunt, venando cœperint, id eis in obsequium cedit: si captum nihil sit, nasturtium versantur. Quod si quis eos vel ingrato cibo vesci putat, cum nasturtium solum adhibent ad panem; vel uti potu ingrato, cum aquam bibunt: is ad animam revocet, quam suavis cibus fit ossa & panis, si edat eduriens: quam suavis aqua, si bibat sitiens.

C Quæ autem domi manent tribus, ex cum aliorum exercitiis, quæ pueri didicerunt, occupantur, tum sagittando, ac jaculando; in quibus sanè perpetuè inter eos contentiones existunt. Etiam publica quedam horum certamina sunt, & in eis premia præposita. In quacunque verò tribu quamplurimi pericia, fortitudine, obedientia præstiterint, ejus non modò præses à civibus laudatur, & honore afficitur: sed etiam is, qui eos, dum adhuc pueri essent, instituit. Atque horum domi manentium Epheborum opera magistratus ununtur, si quo præsidio custodiendæ sit opus; aut si vestigandi sint malefici, vel interceptendi latrones, vel ad aliud quidpiam eorum, quæcunque virtutem aut celebritatem opera sunt. Hæc igitur agunt Ephebi, ac postquam annos illos decem excegerint, ad viros ætatis plenæ transeunt.

A quo autem tempore ex Ephebis excefferunt, viginti & quinque annis hujusmodi vitam agunt. Primum perinde ac Ephebi è magistratibus exhibent, si qua in parte ipsorum opera publicè sit opus ad ea, que curant jam intelligentia præditi, & viribus adhuc integri. Quod si eundem sit in militiam, non

jam hoc modo instituti vel arcus in expeditione gerant, vel è tragulas: sed arma, quibus apud Græcos inde nomen est, quod è cominus pugnetur: circum pectora thoracem, cratemque talem manu sinistra, cum quali Peræa pinguatur: dextra verò sciam, vel copidem. Omnes autem magistratus ex his continuntur, exceptis puerozum magistris. Hos annos quinque ac viginti postquam excegerint, jam quinquagesimum ætatis annum, ab ortu scilicet, usi excefferint. Itaque tunc eorum in numerum abeunt, isti & sunt & appellatur seniores.

Hi verò non amplius extra solum patrium militatum eunt, sed domi manent, omniaque tam publica judicia, quam privata exercent. Etiam capitis supplicia decernunt, ac magistratus omnes legunt. Si qui autem, vel inter Ephebos, vel eos, qui plenæ sunt virilis ætatis, in eorum aliquo deliquerint, quæ legibus constituta sunt: eorum unumquemque ad tribum præfides deferunt, & aliorum quispian, qui velit: Seniores verò re cognita, cum loco movent. Morus autem ordine, per omnem deinde vitam infamis manet. Ut verò plenius universa Perfarum reipublicæ ratio declararet, ad superiora paulum revertor. Nam propter illa, quæ antehac à nobis dicta sunt, quam paucissimis nunc declarari poterit.

Perfarum ad centum & viginti millia feruntur esse. Horum nemo lege ab honoribus & magistratibus arceatur, sed cuius Peræa liberos suos ad scholas iustitiæ publicas mittere licet. Mittunt verò, qui aere liberos suos in otio possunt: qui non possunt, non mittunt. Apud Magistrum autem publicos institutus licet inter Ephebos adolefcere, quod illis haud fas est, qui hujus institutionis cursum non tenuerunt. Jam quotquot inter Ephebos ea, quæ præscripta legibus sunt, plenè proficiunt, iis permittuntur, illorum conubernio, qui virilem ætatem plenam affectu sunt, aggregati, ac magistratum honorumque participes fieri. Qui verò vel inter pueros, vel Ephebos tempus suum non excegerint, nec in virozum ætate integrè classem admittuntur. Inter viros autem constantis ætatis, qui perpetuè sine culpa vixere, seniorum in ordinem cooptantur. Atque ita inter hos seniores alleguntur ii, qui omne iter honestè consecraverunt. Hæc constituitur rei apud Peras publica ratio est, quam si sequantur, longè è arbitratum esse optimos. Exstat autem hoc quoque tempore testimonium tam moderate rationis eorum in victu, quam laboris in victu digerendo. Quippe nunc etiam apud Peras non solum exsuperare palam, & emungi, & sanus referens videtur, turpe ducitur: sed etiam vel exercendi loqui, vel alterius ejusmodi rei gratia sedecentem aliquo conspici. Non possent autem hæc facere, nisi è victu modico uterentur, & humorem ita labore digerendo confunderent, ut is alia via quamquam exerceatur. Et hæc quidem habemus, que Peras ad omnes spectantia proferamus, lib. 1. Cyrop. c. 3. & seqq.

Exstat Epistola Theani Græci ad Europolam, in qua illam instruit, qua ratione filii sint educandi. Scribit autem: Audio te delicatam, & luxuriosam quandam rationem in educandis liberis tenere. Ad officium verò matris pertinet, non ut ad voluptatem suos liberos assuefaciat, sed ut ad temperantiam, modestiamque instituat. Vide igitur, ne non amantis, sed adulatrici partes agas. Nam educata simul cum pueris voluptas, imtemperantes & prodigos reddit. Quid enim adolescentibus suavius aut jucundius, consueti voluptate? Quamobrem, amica, providendum est summo potè, ne educationem liberorum in seductionem convertas. Seductio verò & perversio nature est: cum ad voluptatis amorem animi, corpora ad libidinem transeunt: & hæc laborum fugiunt, illi molliorem amplectuntur. Sunt autem exercenda ad hæc dura & formidabilia liberi, ut cum dolor sit perpetuendus, aut subeundus labor, ne his affectibus quasi servi subiiciantur, & in voluptatibus libidinis, & à laboribus abhorrentes, sed ut omnibus virtutem & honestatem anteponant, atque ab illis abstineant, in his verò permanent; neque in victu gulosi & voraces, neque in voluptatibus sumptuosi, & in nihilis ludibus prodigi fulci efficiendi, neque quilibet loquendi & omnis studii potestas eis est permittenda. Præterea delatum est nihil, te meture, si flectat, & ad risum eos traducere conari, etiam nutrice percuciant, aut te desperam ridere dicant, & in æstate refrigeratione, in hyeme æstu fovere, multique delictis, quarum inopes & egeni pueri nullas experiuntur, & aluntur minori negotio, neque verò minus crescant, sed habent se longè melius. Tu verò quasi Sardanapali posteritatem liberos nutris, & masculorum vigorem, voluptatibus frangis.

Legimus, Mulieres quasdã puerozum institutioni adhibuisse solertiam, ut tessellas literarum notas eos edocerent, aut plumbeis

A plumbeis numismatibus, elementorum signa referentibus, ut nempe exigentibus matribus tesseram vel nummum, illo nomine aut caractere insignitum, simul literarum numerum, nomenque adficerent. Quomodo instructus dicitur filius Principis cupidum, ingenii obfusi adolefcens: cum namque elementa prima literarum edicere nulla ratione possent, tot ei ministris honorarios, quilibet luderet, adhibuerunt, quot essent litteræ, ac eorum cuiuslibet nomen litteræ imposuerunt, ut hac via in illarum cognitionem deveniret. Camer. in horis success.

Apud Athenienses solenne iterum extitisse narrat Critias in Timeo, diebus festis ut pueri propositis premiis ad certamina memorie invitarentur.

Gloriatur Peleus, quod Achillem filium haberet, qui se præcelleret, ut cui Chironem & Phœnicem præceptores magnis premiis adhibuerat: ad laudem suam accedere arbitratu quidquid ex filii recta institutione virtutis actum esset. Idem etiam referunt de Philippo Rege, qui Alexandrum Aristoteli supposuit. Homerus inducit Ulyss'em coram filii præclara narrantem, ut ad paternam virtutem redderetur alacrior.

B Cicero ita nonnunquam ad filium loquitur, ut nihil magis desiderare significet, quam literis ab eo, si fieri possit, superari.

Idem Cicero ad Leptam scribat Epist. 28. l. 6. Epist. hortabaturque, ut puer ejus, etiam Lepta nomine, studiis bonarum artium incumberet, ac virtuti inprimis insudaret, Hesiodumque ediceret, atque illud semper in ore haberet, quod Hesiodus afferit, Deos ludore ad virtutem iter disposuisse, initio arduum ac difficile, mox dulce & leve.

Quanta cura S. ELZEARIUS Comes Ariani laborarit, ut fâmulos suos rectè institueret, colligi potest ex formula regiminis quam familia suæ præcipit, quæ habetur c. 18. vitæ ejus. Primò constituit, ut omnes quotidie S. Milite Sacrificio interessent. II. ut viverent castè & pure, alias domo exturbandi. III. ut omnes semel in hebdomada conficerentur, & in mense communicarent. IV. ut matronæ & virginæ manè operibus pietatis, à meridie manualibus vacarent. V. Nemo luderet aleis eloqui blaphemiam, aut furtilitatem. VI. Nemo luderet aleis ludum vetium. VII. Paci & concordie omnes ex aquo sua studia conferrent. VIII. Ut quotidie se præsentem collatio fieret de rebus piis & religiosis.

THOMAS MORUS Angliæ Cellencarius ita liberos suos & domesticos instituebat, ut de ipsis domo tesseret Erasimus, illi vel maxime familiaris: Domus Mori schola est, & Gymnasium Christianæ Religionis. Refert Thomas Stat. in vita ejus. Referti hæc poterunt nonnulla ex loco de Catechismo, atque ex subjunctis Apophthegmatibus pleraque. Vide Locum de Alfabero.

APOPHTHEGMATA ETHNICORUM. SOCRATES dicebat, optimè natis, ingeniosque potissimum adhibendam rectam institutionem. Idem enim in his usi venire, quod in equis, in quibus qui feroces sunt ac generose indolis, si statim à primis annis rectè instituantur, egregii, & ad omnem usum accommodati evadunt: sin minus, eferati, intractabiles, & ad nihil utiles. Eoque fit, ut felicissima quæque ingenia corrumpantur incitia institutum, qui mox equos vertunt in asinos: quod cretæis ac liberis imperare nesciant. Eras. 3. Apoph.

Idem dicebat, Muliebrem sexum virili non minus esse docilem, & ad disciplinas, & ad omnem virtutem, etiam fortunidinem, (quæ tanquam vis propria, Græcis à viro dicitur, ἀνδρεία) si diligenter instituantur. Id collegit ex puella saltatrix, quæ inducta in convivium, mira arte trochos duodecim in alium projectos excipiebat, ita temperato altitudinis spatio, numerique pedum, ut nunquam falleret: eademque inter acutissimos gladios, non sine horrore spectantium, impavida saltaret. Ibi.

Idem interrogans etiam, quomodo rem ipse non administraret Rempublicam, quam administrandi rationem optimè sciret respondit: Eum utiliore esse civitatis, qui multos efficeret idoneos gubernare Reip. quàm qui ipse rectè gubernaret. Idem adhortabatur juvenes, ut se subinde ad speculum converterent: quod si essent egregia corporis forma, caverent, ne quid ea indignum committerent: sin minus, quod corpori decisset, ingenii cultu morumque honestate virarent. Aded vir ille undecunq; rapiebat occasionem ad pulcritudinem adhortandi. Ex Laertio.

Puer quidam apud Platonem educatus, quàm ad patrem ex intervallo redisset, eumque vidisset effusis ridentem, ad L. B. Thour. vitæ Humanæ. Tom. III.

miranus dixit: Se tale nihil unquam apud Platonem vidisse. E Tanta res est, jam inde à teneris virtuti assuefcere. Erasmi. lib. 6. Apoph.

ARISTOTELES Stagyrita agebat, Parentes qui rectè liberos suos instituerint, multò honorabiliores esse iis, qui tantum genuissent: quod ab his contigisset vivere, ab illis benè vivere. Laert. lib. 5. capite primo.

ARISTIPPUS percontanti, quæ potissimum adolescentibus essent addicenda? Quæ viris, inquit, usui futura sunt. Hoc dictum & aliis adscribitur. Optima statim discenda sunt, nec rudis ætas, quæ maxime docilis est, supervacaneis est occupanda. Laert. l. 2. c. 8.

PERICLES Atheniensis dicebat, non oportere in urbe nutrirî leonem: si autem fit alius, obsequi ei convenire. Monuit autem, ut præcipue nobilitatis & concitati ingenii juvenes refrænerentur; nimio verò favore, ac profusa indigentia passî, quo minus potentiam obtineant, ne impediuntur. Quod stultum sit, & inutile, eas obtruncare vires, quæ ipse fovit. Est autem hoc de Alcibiade dictum, ut referit Aristophanes, & Plutarch. in ejus vita, & Valer. Max. l. 1. cap. 1.

PROCLUS filium habebat interperantem, gallis gallinacis, coturnicibus, catellis, & equis aleandis indulgentem; quem pater adeo non increpabat, ut unà cum illo potus lasciviret. Quo nomine cum ab amicis oburgaretur, Citius, inquit, desinet, cum senibus colludens, quam cum æqualibus. Phil. in Soph. & Volat. l. 18. comment.

Quidam cum Aristippo agebat, ut filium suum susciperet erudiendum; sed quum Philolophus pro mercede peteret quingentas drachmas, ille deterritus magnitudine preti: Minoris, inquit, emerem mancipium. At hic, inquit, habebis duo. Lepidè taxavit vulgi iudicium, qui nusquam parior est, quàm rectè instituentis liberis, pluresque sumptus impendit curandis equis, quàm filiis. Ibi.

DIOGENES, quum captus venderetur in Creta, præconi roganti, quid sciret, & quo titulo cum commendaret emptori? Dic, inquit, te vendere hominem, qui sciat imperare liberis. Quidam Xenias aditus admiratorem præconi novitatem, adit Diogenem, percontans, num fieri quod profiteretur? Ubi ex sermone hominis comperit, esse sapientem ac doctum, mercatus duxit domum, eique suos liberos erudiendos tradidit, quos ille susceptos liberaliter instituit, primumque tradidit artes liberales, mox decum equitæ, arcum tendere, fundam rotare, jaculari telum. In palestra verò non permittebat, ut pædotribas illos gravioribus laboribus in morem athletarum exerceret; sed hæcèndis, quantum ad robur, bonamque corporis valetudinem conduceret. Curavit etiam, ut ex poetis aliisque scriptoribus optima quæque addiceret; quod ea modo sciamus, quæ memoria tenemus. Brevis totius Philosphie summam illi redegit in compendium, quo & citius perciperent, & fidelitatis memoria complecterentur. Eisdem instituit domi ministrare parentibus, cibo levi vilique & aquæ potu contentos esse: cumque ceteri calæsiem alant ad formæ commendationem, ille iussit illos radere comam; & si quando prodeundum esset in publicum, incomptos producebat, abique tunicis, incalceatos ac tacitos. Quin & ad venatum illos instituebat, Lacedæmonios imitatus. His rebus factum est, ut à pueris observaretur, perque illos parenti commendaretur. Alii narrant, præconem Diogenes iussu ita prædicasse. Estne quispian, qui velit emere dominum? Laert. l. 6.

LYCURGUS, qui Lacedæmonis leges condidit, quum conaretur cives suos à moribus præsentibus ad temperatorem vivendi rationem traducere, eosque virtutis & honestatis studios reddere (nam etiam erant corrupti deliciis) duos educavit catulos, eodem patre eademque matre progenitos: quorum alterum passus esset domi lautioribus vesci cibis, alterum eductum venatibus exercuit. Dein quam ambo produrasser in forum apud multitudinem, passus illic spinas, simul & cæcas aliquas delicatiores: mox emisit leporem: quem uterque raperebat ad affueta; alter ad escas, alter leporem invadit. An non videris, inquit, cives, duos catulos, quem ejusdem sint generis, tamen ob diversam educationem ad modum diffinitos inter se evasisse, plusque ad honestatem momenti habere exercitationem, quàm naturam? Proinde ne nobis quidem, ò civices, nobilitas, quam mirantur vulgus hominum, ductumque ab Hercule genus profuerit, nisi ea gesserimus; per que ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus exiit.

A exitit, ac per omnem vitam, quae honesta sunt, & discamus & exercemus. Reperit vir ingeniosus viam, quae multitudini, Philoſophicis rationibus non satis idoneae, virtutis imaginem ob oculos poneret; magis enim movent, ac penetrant animos, quae cernuntur, quam quae audiuntur. Res quidem effectus est natura, sed potentior est institutio, quae malam naturam corrigat, & veritatem in bonum. Quales nascuntur liberi, nulli in manu est: at ut recta institutione evadant boni, nostrae potestatis est. Ex Plat. in Lac. & Brus. 1. 2. c. 38.

Idem obiectibus, quod eloquentiae studio rhetoribus daretur mercedem: Si quis, inquit, profiteatur, se filios meos mihi reddendum meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidium essendum. Plurimum ab hominum vulgo disceptans, qui perisse existimant, quod liberis instituentis impenditur. Lib. 8. Apoph.

ETEOCLES, post Agin bello superatum, Antipatro postulant obſides pueros quinquaginta, Eteocles, qui tum ephorum agebat, respondit: Se pueros non daturum, ne si licenter vixissent, fierent indolentes patriae disciplinae, itaque ne civis quidem essent: ceterum senes ac mulieres se duplo numero daturum. Verum Antipatro dira minitanti, ni acciperet postulata, populus una voce respondit: Si imperas acerbiore morte, facilius moriemur. Hunc animum in uno alterove civium reperire, fortasse non ita magni miraculi esse videatur: in univerſo populo tantum esse consensum, prodigiosum est. Hoc exemplo simul admoneretur, quanta sollicitudo debeatur atati tenere ad probitatem educandae, quando licenter educatos juvenes illi non putant habendos pro civibus: perinde quasi mater abdicat filium ex se natum, nisi probitate morum Majoribus suis respondeat. Plur. in Laco.

AGASTIENSIS, cuidam dicenti, admirari sese, quod cum esset avidus discendi, non adjungeret sibi Philophanem, sophilantem eo tempore clarissimum: respondit prudenter, eorum se velle discipulum esse, quorum simul effectus filius. Significans, non minus interesse, quos nactus sis parentes, quam quos aedificas, ut bonis moribus formetur. Plur.

AGELIAUS rogabat quendam, in quibus praecipue rebus pueri infanti deberent? Is, inquit, rebus, quibus usuri sunt, cum ad virilem pervenerint aetatem. Recte censuit, non frivolis artibus instituentis liberis, quae nec grandibus decori essent futurae, nec ad ferta vocatis utiles. Plur. in Laco.

LEOTYCHIDAS interrogatus, quid potissimum oporteret ingeniosos pueros dicere? Quae illi, inquit, ubi ad virilem aetatem pervenerint, usuri sunt futura.

LEONIDAS, cum proficisceretur in bellum contra Persas, uxori Gorgoni roganti, si quid ipsi mandaret? Nihil, inquit, aliud tibi mando, quam ut nugas, & bonos filios parias. Plur. in Lac. Apoph.

HIPPOMACHUS, cum aliquando videret adolescentes, quos exercebat, e foro carnes afferentes, dicebat, se procul agnosceret suos esse discipulos: quod institutio reluceat in omnibus dictis, ac factis hominis. Ex Plur.

Cum Mulier quaedam Ionica de texto quodam suo ut pretioſo gloriaretur, Lacena Othenſis quatuor filios quos habebat, moribus compositissimis, Hujusmodi, inquit, esse honestae probataeque mulieris opera, deque his tollere animos, & gloriari. Jones operosis texturis vacant, quae varia picturarum habent argumenta: At Spartana docuit, nullum opus esse praeclearius, quam si filios honestis moribus instituant, his enim melius ornati patriam, quam aulatis aut vestibus. Plur. in apoph. Lac.

THEMISTOCLES, quoniam adolescentis feroci mutabile ingenio videbatur, mirantibus mutatos mores dicere solebat, Asperos & indomitos pullos in oprimos equos evadere, si quis illis adhibeat disciplinam, rectamque institutionem. Pl. in ejus vita.

Themistocli Paedagogus dicere solebat: Nihil mediocre futurus es, o puer: nam aut magnam bonum eris Reip. aut magnam malum. Generosa indoles, si accedat recta institutio, magno bono est patrie: sin ad vitam degeneret, ingens adfert malum. Plur. in Themistocli.

DEMETRIUS Phalereus, adolescentum fastuosorum sublimate dicebat in educatione amputandam esse, sed relinquantam sobrietatem. Docuit vir sapientissimus, haec ingenia non esse deperdenda: sed quod redundat, in institutione recidendum esse. Laert. 1. 6. c. 5.

ALEXANDER etiamnum adolescens, videns patrem Philippum equum praeterecens, nec ullum seſorem tergo patientem, velut invidem, abjectum ire, Qualem, inquit, equum isti perdit, martyrium?

dum illo per imperitiam ac mollitiem uti nesciunt. Camque miſere arte sine verberibus tractasset equum, & tandem consensum ad dorsum addidisset, tunc calculus vitis est: ac molliter flexis habent cum equum rediisset, descendens caput exoculatus pater: Aliud, inquit, o fili, tibi regnum quare, quando jam te non capit Macedonia. Praestitit vir prudens, tam excellere indoli non sufficere vitam paternam ditionem. Sed equus ille nos admonet, male bene nara ingenia perire vitio insumentium, qui se nesciunt imperare, nisi ex equis generosis reddiderint alinos. Ex vita Alex. apud Pl.

CORNELIA Grachi mater, cum Campana mulier illius hospitio utens, ornamenta sua, quibus illud saeculum nihil habebat pulchrius, ipsi ostendit, traxit eam sermone, donec liberi redirent e schola; tum, Et haec (inquit) ornamenta mea sunt: sentiens, matronae nihil esse pulchrius, neque pretiosius, quam liberos recte educatos. Ex Plur.

Quidam accusatus, quod patrem pulsat, hoc modo defendit impium facinus: Et ille, inquit, patrem suum verberavit, hic (ostenso filio) me verberabit, posteaquam adoleverit: ad eo nobis hoc gentilium est: Videmus hoc se fore velut evenire, ut qualis quisque fuerit in parentes, tales experiantur in se liberos. Lib. 8. Apoph. Plur.

Quidam cum a filio pertraheretur, ventumque esset ad domus limen, Desine (inquit) fili: nam & ego patrem hucusque agnovi: se commovere, si que a filio tractaretur: tantum postulavit, ut esset aqua retaliatio. Erasim. ibid.

DIOGENES reprehendebat homines, quod luca alii, alii ludis semet sedulo exercebant, nullos autem in hoc incumbere, ut probi & honesti reddantur. Laert. lib. 6.

Idem dicebat, plurimos infamare, praeter dignum. Nam si quis assidue medium digitum intendat vice indicis, vulgo habetur infans: si quis indicem, sanus habeatur. At plurimi sunt homines qui graviter infamant in rebus seriis, quam si digitum digito porrigant, & tamen hi vulgo non habentur infani. Quemadmodum & hodie parentes in liberis pro gravi peccato castigant, si salva pro sinistra utantur: at qui non itidem castigant eos, cum turpia pro honestis eligunt. Ibidem.

Idem multis verbis in inertiam & incitiam Megarensium, pecora sollicito curantium, juvenentem minime (ut quae ibi luxu & otio distrueret) invehabatur: dicebatque, se Megarensis alicujus arietem esse malum, quam filium. Ael. 1. 12. de var. biff.

Cum Athenis quidam Romanus Senator filium ad Demonactem adduxisset, elegantiam, vestitus delicato, ac delicis effeminatum, dicereque, Salutate, o Demonax, filius meus: Pulcher est, inquit Demonax, & te dignus, & matri non abſimilis: utrumque poterat dici in laudem: Nunc patrem notavit ex filii moribus, & matri similem dixit mollem & vitatum delicis. Lib. 8. Apoph. Plur.

CHRISTIANORUM.

S. PLACIDUS quinqueennis traditus S. Benedicto efformanus, a puero vite monastica se affuefecit, factusque est illustri Religiosus & Martyr.

S. NICOLAUS a puero jejunabat feria quarta & sexta, S. PAULUS primus Eremita, S. ANTONIUS, & S. HILARIUS anno 15. atatis, relicto omnibus, Eremum & vitam austeram inierunt.

S. BENEDICTUS pueros passim ad suum Ordinem recipiebat, ut a teneris affueceter austeritati, & monastica disciplina. Ita olim tenelli pueri, & virgunculae a parentibus educabantur ad tormenta & martyria: uti S. Felicitas septem filios educavit, & perduxit ad martyrium, teste Gregor. Hom. 3. in Evang.

Quin & annis praecedentibus audivimus, in Japonia plures pueros pro Christi fide constantes martyrium obisse, quos parentes ad hoc educaverant, & instigaverant. Exſtat Catalogus & effigies puerorum martyrum ac crucifixorum.

Ita fecit Heroina illa, quae sub Dunaan tyranno duas filios suas pie educavit, conlectaque & virginitati & martyrio, de quibus Proc. & ex eo Baron. tom. 7. an. Christi 522. pag. 91.

Sic & altera Matrona sub eodem tyranno, quae filium suum a lacte educavit ad martyrium: cum enim Dunaan in Nagran Arabiae civitate Christianos persequeretur, illa se, & filium quinqueennem Martyrum sanguine perungebat: quare a tyranno damnata fuit, & rapta ad ignem; & ecce filios ejus matrem raptam desens, a Dunaan rogatus, an secum in regno, an cum matre in rogo esse vellet? respondit: Cum matre esse volo, ut ipsa me quoque assumat ad martyrium: ad hoc enim ipsa me saepe hortata est. Cumque Dunaan ex eo quereretur: Quid est martyrium?

A martyrjum? respondit puer: Pro Christo mori, & rursum vivere. Dunaan rursus: Quis tibi Christus? Veni, inquit puer, ad Ecclesiam, & cum tibi ostendam, Rursus Dunaan ei blandiebat: cui puer, Apoge, inquit, iudex, non te, sed matrem quero; cumque videret matrem injici in ignem, mordidit Dunaan tyrannum in femore, & curſu contendit ad matrem, atque inſeruit in fornacem, matremque amplexus, factus est cum ipsa haereticus martyrii.

Vita de Baron. supra p. 93. idipsum suffus narrantem. S. EDMONDI Archiepiscopi Cantuariensis mater, cum eum puerum Parisos ad studia mitteret, duo ei cilia dedit, jusſitque, ut bis vel ter in hebdomade illa gestaret, & ac deinde seipſis alia & alia illi subſtrimit: tum ut iis juvenem ardorem, & libidinem edomaret, tum ut cruci affueceter. Unde ipse matris consilia secutus, ciliis loriam addidit, usque mire corpus affixit, ut patet ex ejus vita c. 9.

Plura Sanctorum & Martyrum qui a puero ceperunt exempla, vide in Speculo juvenutis, quod nuper edidit Ber. Dorſo. LUDOVICUS Rex Franc. priumquam se quieti componeret, vocatis filijs, facta dictaque Principum proponebat, tam eorum B qui laudabilem vitam duxerant, quam qui nefariam; monebatque: Illorum exempla animis vestris inculcate, ut & meliores evadere, & ab omni flagitio, provectores effecti, abstineret valeatis. Significabat enim, in iis potissimum instituentos adolescentibus, quibus usuri sunt, cum ad virilem pervenerint aetatem. Lomii. in ejus vita, c. 87. Beyerlinck in Apoph.

Idem. Ut erant pietate, & modesta eximius, cuicumque se operi daret, salutiferis Crucis signo frontem, pectusque & os praemunire solent. Dicebat enim: Ita me mater puerum instruxit. Ibidem.

S. ANSELMIUS. Egregius morum viteque institutor, qui intelligens, cenobii cujusdam Praepositum duritius cum iis agere, qui se religioni ejusque obedientiae devoverant, coſque deterioris in dies evadere: Quam bene, inquit, nutritum expeditis, qui de hominibus bestias nutritis? Sursus in vita. Edimer. & alii. Eiusdem etiam paterna illa vox, dum de libero- rum educatione interpellaretur: Cupitis, inquit, pueros optime ornari moribus: necesse est, ut cum severitate disciplinae, paterna pietatis & mansuetudinis levamen eis impendant, ib.

Quid vero Gislebertus Duivenordius? Erat vir genere & religione nobilis, qui cum agyria quidam signatus magistri sui proponeret legendam velligia: Quid ais, inquit, sodes? non est, quod meque teque fastiges; quae enim puer imbui, senior respiciat? Sane.

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.

P. Operus in Marr. Holl. manuscr. Beyerlinck supra. Exempla rectae educationis, & institutionis filiorum, quae in loco de Parentibus: Titulo de Parentum erga liberos officio. Item ex loco de Filiis: Tit. Quomodo instituendi.

Educatio pro nutritione.

* EDUCATI A BESTIIS, Earnant ministerio.

Hominis a bestiis educatos & enutritos, non est insolitum historis, cum Ethnorum, tum Christianorum. Ferunt enim, Cyrum Mandanæ filium a cane fuisse enutritum.

Telesphum, Aganes & Herculius filium, ab equa. D Alexandrum, Alopeſ Primiæ filium, ab urſa educatum perhibens, Agestum vero, Thietæ & Pelopæ filium, a capra. Romulum & Remum, a lupa. Ita Alian. de var. histor.

Ceterum in s. Tit. de Agitate, miras & recentes historias adduximus eorum, qui inter bestias educati, ac cum istis conversati, mores quoque, & naturales propensiones earum induerunt. Quid Lectoſ ad hunc locum poterit referre. Quibus adjectum sequenda.

In vita S. Pauli primi Eremitae, & a quo eremus habitari cepta, secundum S. Hieronymum ad Eustoch. de servanda virg. legimus, quomodo declinande perſeutionis Decii cautelis, Deoque liberis inserviendi, in eremi se speluncam conſtruxit, ubi palma ei victum, & vestitum praebente, vixit ad centesimo decimum tertium aetatis annum. Corvus autem ad eum quodidie venit, qui illi dimidium panem attulit. Cum vero deſperata Antonius, quem Eremitam illustratorem appellat supra idem Hieron. etiam nonagenarius eum inviseret: Ecce corvus, dum inter se colloquuntur, & invicem propriis nominibus, cum se ante non noſſent, compellant, qui antea semper Paulo panem dimidiatum tulerat, integrum de-

tulit. Post ejus discidium: Eja, inquit Paulus, Dominus E nobis prandium miſit, vere plus, vere misericors. Sexaginta jam anni sunt, cum accipio quod idem dimittit panis fragmentum, nunc adventu tuo militibus suis Christus duplicavit annonam. Ex vita ipsius apud Hieron. Epistolar. Rom.

De S. Egidio Abbate memorat Sur. ex M. S. codicib. quod cum solitariae vite desiderio, intereom Eremitum penetrasset, non longe a Rhodani fluvio in mare decursu, antrumque arboribus obſitum, & solis ferarum lustris frequentatum subſiſſet, ubi herbarum radices cibum, aqua vero potum suppeditebat Cerva quaedam flatis horis suorum et uberum potestatem fecerat, lactisque alimoniam large praestiterit. Quae triennio exacto in praeratio viri sancti ministerio, dum a regis canibus, qui salum cum venatoribus erant ingressi, urgeretur, in fuga se conſpicens, notam speluncam repetebat, & Deum pro nutritrici suae salute orante vito sancto, servata fuit. Anno 1595, adveetus fuit Luteciam Parisiorum homo quidam ultima fortis, cui media fronte cornu satis protentum excreverat, locisque invisus, & nemorosis oberraverat. Erutum e latebris Lavardinus Mareſcallus Roei obtulit, ac deinde Circularioribus relictum, qui passim spectandum circumduxerunt. L. Beyerlinck opere Chronograph. in gessio Gallia ad an. 1595.

Conſultatur locus de Expositiis. Item vit. de vita humana.

Electio.

ETYMOLOGIA ET DEFINITIO.

ELECTIO, Graece αἵρεσις, & αἰρεσις, eligo dicitur. Est autem electio, appetitus consultativus eorum, quorum in nobis est & operari, & non operari, & ita operari, & non operari, & eorum in quibus est, propter quod, non tamen unum & determinatum, ut in Geometria, secundum Arist. lib. Mag. Mor.

Electio est consultatio affectatio eorum, quae in nobis sunt, secundum Arist. 1. 2. Ethic.

Electio est quid voluntarium, cujus consultatio antecessit, secundum Arist. ibid.

Electio etiam est alicujus personae idoneae dignitatem, vel fraternam societatem, servata forma canonica, facta vocatio, secundum Hofſt. Venitque a lego. Unde etiam Deligo ejusdem significationis, & Delectus, ut, delectus militum. Sunt tamen qui velint, eligere, & deligere ita differre, quod eligere fit magis idoneum ad rem gerendam fecerere: deligere vero ad nostrum emolumentum, vel illius, qui eligitur, dignitatem. Unde dicimus agere, vel habere delectum. Sunt qui ad eligo elegantem dictum velint, hoc est, cultum, ornamentum, politum. Unde elegia, id est, cultus & ornatus.

SUBJECTUM, ET MATERIA.

Electio in iis consistit, quae sub actionem cadunt: utque in ipsis, quae est in nobis possum agere & non agere, itaque sic, ac aliter: denique in quibus sumere est, propter quid, 1. 1. Mag. Mor. c. 17. Arist.

Bellus & pueri consilium non sunt participes, nec electionis, 1. 3. Eth. c. 2.

Infantum, ac consilium non est eorum, quae fieri nequeunt: quod si quis haec se eligere dicat, infans esse videatur. Ibid.

Omnino iis in rebus versatur consilium, quae sunt in nostra potestate. Ibid.

Electio, & Electi, acceptio varia in Scripturis.

1. Electus in praesenti vita dicitur, qui a Deo, vel immo- diate ad functionem publicam, politicam, vel Ecclesiasticam vocatur.

2. Electus ad participationem foederis gratiae, nempe Judaei, deinde Gentiles Christiani facti.

3. Electus ad vitam aeternam, nempe, quicumque est membrum Christi.

4. Electus dicitur Christus mediator, nempe quatenus a Patre constitutus est Ecclesiae rex, doctor, sacerdos, servator.

5. Electus homo ab homine, variis de causis, & ad multiplices rerum usus vel abusus.

6. Electus, id est, praestans, fortis, eximius.

7. Electus locus a Deo, ut tabernaculi caedens, civitas Jerusalem, templum.

Electio facienda sine personarum, aut sanguinis repetitio, Moniti, & exemplis demonstratur.

Quis ferat, si quis divitem eligat ad sedem honoris Ecclesiae, contempto paupere instructore & sanctiore? Amb. in lat. 1. Ad Episcopalem dignitatem eligi non debuit, qui minor officia

A officia gubernare non debuit: quia cura navis illi committi non debuit, qui remum tenere non novit. Aug. in serm.

Hec pars domestica, & cohabitantium ordinata à Deo concordia, & clara iustitia, & felicitate, qui excellunt ratione, excellunt dominatione. In lib. sent. Deum non eligit dignos, sed dignos eligendo facit. lib. 5. com. Jul.

Non statim multitudinis acquiescamus iudicio, sed electi in principatum, noverimus miseriam nostram, & humiliemur sub potentia manu Dei, quia Dominus superbis resistens, humilibus dat gratiam. Quanti panes non habentes, & vestimentum, cum ipsi currebant, & nudi sint, nec habeant spirituales cibos, neque Christi tunicam integram servaverint: aliis alimoniam vestimentumque promittunt, & pleni vulneribus, medicos esse se iactant. Hier. sup. Esa. 5. lib.

Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite me constituere principem. Sicut in ordinationibus malorum, princeps est peccatorum, qui tales constituit: sic in ordinatione sanctorum, princeps est eorum iustitiae, qui bonos eligit. sup. Esa. 1. 2.

B Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Dominus locutus est, potuit utique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem; sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, ut sciremus, principatum in populo non sanguini defendendum esse, sed vite. At cernimus nunc plurimos hominum beneficium facere, ut non querant eos, qui possunt in Ecclesia plus proficere, in Ecclesia erigere columnas; sed quos vel ipsi amant vel quorum sunt obsequia delimiti, vel pro quibus majorum quisquam rogaverit, & (ut deteriora taceam) qui ut clerici fiant, munere impetrantur, ut constituentur per civitates. Idem Hier. ut res. q. 4. Moys.

Queritur, cur non Joannes virgo electus est, ut esset caput Ecclesie? respondeo, etati delatum est, quia Petrus senior erat, ne ad hoc adolecentes penè puer progressæ ætatis hominibus præferretur. Contra Iovinian.

Necessè est, prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disputare, & in conventu doctorum sic agere, ne susceptam causam tot erudita possint ingenia superare. Magna res est contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui C se putant omnia providere. Cass. l. 1. Epist.

Necessarium probatur esse Republicæ, personas dignitatis aptas eligere, ut quibus iustitia committitur, malis moribus non gravetur: alioquin inefficax est, ab homine exigere, quod agnoscitur non habere: & confidenter queritur, quod inefficax. Lib. 3.

ELECTIONIS EXEMPLA SACRA.

Confilio Jethro Sacerdotis Madian Moyses usque humiliter, elegit iudices, seu prælatos minores, viros potentes & timentes Dominum, in quibus erat veritas, & qui oderant avaritiam. Exod. 18.

Præcepit Dominus Moysi, ut tolleret duodecim viros juxta numerum tribuum filiorum Israel, & nomen Aaron erat in tribu Levi; quos cum posuisset in tabernaculo, sequenti die invenit virgam Aaron germinasse. Num. 17.

Moyses advertens se juxta voluntatem Domini moriturum, oravit Dominum devotè, dicens: Provideat Dominus Deus spirituum omnium carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc, & Ordinavit autem Dominus, quod Josue filius Nun esset successor ipsius, & dux populi loco ejus, &c. Num. 27.

Volens Moyses ulcisci Israel de Madianitis, ait: Mille viri de singulis tribubus eligantur ad bellum. Num. 31.

Post mortem Josue consultaverunt filii Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos, & erit dux belli? dixitque Dominus: Judas ascendet, &c. Judic. 1.

Videntes filii Israel, quod Gedeon strenuè pro eis pugnaverat, dixerunt omnes ad eum: Domine nostri, &c. In dic. 8.

Majores natu de Galaad perrexerunt ad Jephthe, dixeruntque ad eum: Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon. Jud. 11.

Erat vir de Benjamin, nomine Cis, & ei filius vocabulo Saul, electus, & bonus, & non erat vir de Israel melior illo, &c. hunc revelavit Dominus Samueli eligendum fore, & inturgendum in Regem super populum Israel. 1. Reg. 9.

De mandato Domini specialiter ixit Samuel in Bethlehem,

& unxit David filium Isai in regem super Israel, & Jerusalem. 1. Reg. 16.

Mortuo autem Saule, venerunt de tribu Juda, & unxerunt David in regem. 2. Reg. 2.

Deinde universæ tribus Israel venerunt ad eum, & unctus est in regem super totum populum Israel. 2. Reg. 5.

Unde ipse dicit in Psalmis: Elegit David servum suum. Et alibi: Placuit Domino, ut me eligeret regem super cunctum populum Israel. Psal. 77. 1. Par. 11. & 28.

Appropinquans morti David, legit majoribus Israel: De filiis meis elegit Dominus Salomonem, ut sederet in throno regni Domini super Israel.

Terribili iudicio Dei assumptus fuit Jeroboam, ut esset Rex super decem tribus Israel: & tamen occasio fuit populo recedendi à Deo. 2. Reg. 11.

Scriptis Jehu literas, & misit in Samariam ad optimates civitatis: Eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit, de filiis Domini nostri, & ponite eum super solium patris sui, & pugnet pro domo Domini nostri. 4. Reg. 10.

Congregati sunt omnes amici Juda, & dixerunt Jonathæ: Ex quo frater tuus defunctus est, vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos nostros. Nunc itaque te eligimus esse pro eo nobis in principem, & ducem ad debellandum bellum nostrum. 1. Mach. 9.

Vocavit Dominus discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis; quos & Apostolos nominavit. Math. 10. Luc. 6.

Post ascensionem Domini, discipuli statuerunt duos, scilicet, Joseph & Mathiam, & orantes, dixerunt: Tu Domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris, ex his duobus unum accipere locum ministerii hujus Apollolus. Act. 1.

Sermo, quem dixerunt Apostoli, placuit omni multitudini, & elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu S. & Philippum, &c. Act. 6.

Ministrantibus discipulis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus S. Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Act. 13.

Electio Pontificis, Cesaris, Imperatoris, Regum, Episcoporum, queratur in loco de Magistratu. Item sub Titulis eorumdem particularibus: Vbi de G Electoribus Imperii, aliisque disseritur.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA HISTORICA.

ARISTIPPUS, cum Dionysio tres venisset puellas obtulisset, admonens, ut ex his, quam vellet, eligeret, omnes apprehendit, dicens: Ne Paridi quidem fuisse unum, unam cæteris prætulisset; ac puellas dedit ad aula vestibulum, dimisitque: non minus in contemnendo facilis, quam in amplectendo. Laert. 1.1. c. 8. Brus. l. 2. c. 31.

M. Cato Hispaniam fortis, cum hostium audisset miram copiam esse ad bellum paratam, ob idque decrevisset, Celtiberorum opem uti, petentibus illis ducenta talenta subsidii gratia, atque negantibus aliis conditionem, dicentibus, Turpe esse populo Rom. auxilia mercede conducere: urbane icæque Cato, Non esse grave, respondit; nam si vicissent, hostium manibus se satisfacturum illis: si victi essent, nec eos qui peterent, nec à quibus repeti deberet, superflites fore. Brus. l. 2. c. 3.

ARISTOTELIS, cum jam natus annos fere sexaginta duos, H adeo laboraret, ut admodum tenuis vite spes superesset, convenit ad illum discipuli rogantes, ut ex ipsis aliquem deligeret, ut in locum ejus succederet. Inter auditores erant, duo præcipui, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Aristoteles respondit, de quo petebatur, facturum, ubi daretur opportunum. Paulo post, cum rursus ad eum eadem de causa convenissent, dicit, vinum quod biberet, sibi parum esse commodum, ac quæri iustum exoticum, vel Rhodium, vel Lesbium. Id simulatque curatum est, gustato Rhodium, dixit: Firmum hercè vinum, & jucundum. Mox gustato Lesbio: Urinamque, inquit, egregiè bonum, sed Lesbium suavius est. Id ubi dixit, nulli dubium fuit, quin lepide simul, & veterandè lucifereorem en tacite, non vinum deligeret: probavit urinamque, nec tam auditoribus eligendis ademit. Laert. 1.5. c. 1.

LYSANDER Lacedæmonius, cum aliquando Dionysius ipsi misisset stolas duas, jubens, ut utram eligeret, eam mitteret filia: Ipsa, inquit, recitasti eliger. Atque accipit ambas, & abiit. In hoc exemplo nihil est imitandum, nec uno Lacedæmonio

deorum os, monent, Fortem, Clementem, Probum Imperatorem requirendum esse. Attriunt vocem, & statim acclaimant: Probe Auguste, Dii te servant. Inde purpura, tribunal, & legitimus princeps.

A monio dignum; nec aliud ab hoc duce expectandum fore, præter multoiam ingenii variciem. Plutarc. in Lac. Apoph.

SCIPIO Æmilianus, quum Servius Sulpitius Galba & Aurelius Cænes in (enatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter P. C. dissensio esset, omnibus, quoniam ejus sententia inclinaret, expectantibus: Neurum, inquit, mihi miri placet; alter enim nihil habet; alteri autem etiam, quod habet, nequaquam satis est. Æque malam imperii magistrum judicans paupertatem, atque insatiabilem habendi cupiditatem. Quo dicto, obiturni, ut neuter in provinciam mitteretur. Val. Max. l. 6. c. 4.

CORNELIUS Rufinus, vir rapax & avarus, cæterum in bello animo ingens, manque promptus, quum bellum immineret, in consiliu obtinendo C. Fabricii opera adjutus est, qui ob pravam tamen vitam Rufino semper insensu fuerat verum eo tempore ob belli suspitionem, cum ignavos desideque ipsos competitor videret, sententiam mutaverat. Quam ob rem Rufinus miratur, cum Fabricio impense gratias egisset, Fabricius dixisse fertur: Noli mirari, Rufine, rapinis enim B imminui malo, quam vendi. Quo dicto taxavit Rufini rapacitatem, & competitorum perniciosam ignaviam. Ostenditque fatuus se ducere, avaro consule, eodemque gravi homine, & in rebus agendis idoneo rapinis vexari: quam iis ad consiliatum evectis, qui per ignaviam rempulsu, prodituri essent, victum ab hoste venundari. Ex duobus enim his malis optimum eligendum erat. Fulg. l. 6. c. 2.

BRITANNICUS quidam, cum ad Carolum IX. Gallie Regem deducti Rothomagus essent, valde mirabantur, quomodo validi illi, & proceri viri, quos conspiciabantur, (Helvetios enim custodes more Regum adhibebat;) parent tam patvo, & tenello Regi: quasi à corporis magnitudine, animi præstantiam metientes: narrat Lipsius in monit. Polit. cap. 3. Ubi etiam eleganter disputat de electione ad magistratum, an scilicet præferat successorem, nec ne: ac in utramque partem non levis ponderis argumenta subjicit. Et post illa, exempla hæc bonæ, aut malæ electionis.

Aurumque, populi barbari sunt in Peruano tractu. II autem solis viribus corporis duces legere soliti: experti eas in gravi aliquo ligno. Quod qui diutissime humeris bajulat, nec succumbit, putatur & regendo oneri par futurus. C Melius, qui ab animi viribus, aut præstantia sumunt: quod Romani olim veteres in suis Regibus, Romulo, Numa, Servio, vix alio aspectu fecerunt. Secuti, quam aliter: & stirps Augusti cum defecisset, casus aut corruptio principis fere dedit.

Primus in Claudio, qui C. Caligula occiso, rumore cædis exterritus, & sui quoque anxius, præcepit ad solarium, & inter januae parenta vela delinuit. Miles aliquis è prætorio discurrens ad prædam, hunc reperit, prorahique: & interrogato, quis esset? accepto que impetu, ut in fluctibus, principem salutarit. Quanta unius, & gregarii quidem, in re tanta audacia! Producit ad alios prætorianos, fluctuantes adhuc, nec aliud quam frementes: qui ut cæcis oblatum arripuerunt, & leclia impostum in castra sua, vicissim succolantes, nulerunt. Senatus & urbana cohortes diffidebant, & libertates præferrebant: inane nomen vici militaris electio, & fatale Romanis obstringeret, quindena festertia singulis (sunt nobis trecenti septuaginta quinque Philippici) promisit & dedit.

Idem casus, five error, clarius in Vitellio se aperuit, longè ad omni prætoriam, aut virtute, aut stirpe. Homo ventri, & abdomini factus erat, nulla vel specie virtutum, nisi quod candor, aut simplicitas in eo placerent. Is legatus inferioris Germaniæ à Galba electus, & quantor legionibus præfectus (amabant autem hos ignavos, & alioris cogitationis non suspectos) Præfectus, inquam, agebat Colonia Agrippinæ, cum nuntium accipit, superiores Germaniæ Legiones defecisse à Galba, & in Senatu P. R. nomina jurasse. Dum consultat, quid facto opus, vis in defectores, an consensus placeat: Ecce Fabius Valrus è legatis legionum, cum paucis equitatibus oppidum intrat, ipsum Vitellium Imperatorem salutat. Unius vox omnium fuit. Secuta legiones alia, cohortes, cives, focii, ardore magis quam iudicio: & invasit imperium, atque armis peperit, & armis mox amittit.

Libet etiam hos formæ ludos videre, & in theatrum produceretur Probum. Tacitus Imp. absumptus erat, & Florianus frater ejus aspirabat; sed dum electio pendet, Orientales exercitus eam occupare, & sui beneficii principem habere voluerunt. Conveniunt ad eligendum: & Tribuni, quasi per

deorum os, monent, Fortem, Clementem, Probum Imperatorem requirendum esse. Attriunt vocem, & statim acclaimant: Probe Auguste, Dii te servant. Inde purpura, tribunal, & legitimus princeps.

ELECTIO JOGOSA ET FOEDA.

Quid in Regilliano, quam consimile! Dux Illyrici erat, & milites malè in Gallenum animati, res novas agitabant. Fortè unà plures cœnabant. Fuitque Valerianus tribunus, qui in joco & in vino diceret: Regilliano nomen unde creditus ductum? subjicit statim alius, A regno: & milites communiter, Ergo potest Rex esse? & occasione sola temerarii dicti, fecerunt.

O ludos! & lufum etiam adjungo, qui Proculo tradidit principatum. In Gallia milites ad latrunculos ludebant, item convivantes. Fortè decies Imperator Proculus exivit: atque ibi quispian ludens, Ave Auguste: allataque lana purpurea humeros ejus velavit. Timor mox eorum, qui adsiderant: & ne accusarentur apud veterem Imperatorem, novum hunc faciunt consensu.

Ridere in illis liceat, in istis indignari, ubi corruptio suffragia temperavit. Sicut in N. Salvio Orhone, qui clam & palam militibus pecunia fibornatis, & in Galbam amatis, cum sustulit, se immisit, sed principem non diturnum.

Non item à simili feditate Julianus perennavit. Qui post cædem Pertinacis, cum venale in castris prætorianis penderet imperium, & Sulpitianus licitaretur: iste pecuniolus & ambitiosus senex eodem aspiravit. Et ad muros fiburni, modum pecunie certum promisit. Cumque illi ad Sulpitianum retulissent, plus aliquid adjicientem, iterumque ad istum (profus ut in sole mni auctione) tandem pervicit Julianus: finis fuit, ut vicena quina festertia (sunt sexcenti viginti quinque Philippici) viritum prætorianis darentur. Immanis summa! quam ille concessionebus, & rapinis mox coegit: atque hæc omnia, qui inter claros jurifconsultos nomen vindicabat. Adeo facilis est, perinam esse legum, quam serventem: sed poena à tergo preffit: statimque Severus superveniens, vita & imperio illum, prætorianos zona & milita exiit.

LAUDABILIS.

Sed hæc fœda exemplo uno, aut altero eluantur laudabilis electionis. Que autem laudabilior illa, quam Deus inivit, & direxit? Casimirus fuit filius Miecislai unicus, qui obtearant ætatem regno minime aptus, sub cura & gubernatione matris Rixe anquevit. Sed ea mulier, vela fœda, exteris Germanique addita, provocavit odia Polonorum, que fuga denique vitavit, ablata fecum regni gaza, & filio, mox in Saxoniam secuto; qui in exilio isto animum ad litterarum studia apellit, & Lutetiam Parisiorum devenit. Illinc in Italianam portò; & denique pietate impulsus, in Cluniacensi Cœnobio Benedictinum Monachum professus, Deo totum se voluit, & sacavit. Interea turbæ & fluctus in Polonia, ut in navi rectore vacua, & oculi atque animi requisierunt suum Casimirum: decretumque publicè, ut missa legatione, ubivis terrarum esset, requireretur. Ad Reginam primò ventum, ab ea Cluniacum: & inveniunt non jam Casimirum, sed Carolum (nam & nomen mutaverat) eundemque Sacramenti religionis, sed & Diaconum vinculo, obstrictum. Illi præterita excusant, patriæ discrimina & calamitates proponunt: & hunc, ut unicum præsidium & subsidium, principem deposcunt. Ipse fortiter recusat; aliene potestatis se jam ostendere, nec quidquam cum mundanis rebus commercii esse. Eundem urgent, ab Abbate rejiciuntur, ab illo ad Pontificem. Atque ille indulget, laxat Sacramenti quæ Sacerdotis vincula, data etiam venia conjugii: cum lege, ajunt, ut Poloni capti deinceps in coronam tonderent riru monarchali, itemque nummum annum in luminaria & cereos D. Peri Romani conferrent. Hoc ejusce indulti monumentum esset. Ita in regnum ducitur, gaudio & consensu exelipitur; prudentissimè & fortissimè administrat, domi pace parata, hostibus foris victis, aurtimpulsi. Piè vixit, piè oblit, regno in posteros (nam & utorem duxit, & liberos ex ea ralu) propagato. Quis ab hac à Deo esse? profugo, monacho, Diacono, patriam, sceptrum, uxorem, cum gratia, laude, venia?

Sed memorabilis quoque illa electio, five iudicium fuit, quo regnum Aragoniæ, avorum avo ad Ferdinandum Henrici Castellæ Regis fratrem transiit. Obietat Martinus Rex, idque sine